



**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitae, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

LXIV. An veniat in dicto Motu Gregotij XIII. perly quemptiam facere, vel
permittere ingredi virtute facultatum, mas tantùm, vel etiam foemina?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)

collegialiter congregatus; sed ij soli sint adhibiti priuati in Consultores.

Respondetur cum Doctoribus, quos citat, & sequitur Bonacina de clausura, quest. 4. ¹ *punct. 6. numero 4.* venire Religiosos cum Superiore in vnum coactos, sicuti nomine Capituli veniunt Canonici cum Decano in vnum Congregari: ² ita vt talis Motus excommunicet, & ceteris supradictis poenis afficiat Religiosos vtriusque sexus, si in vnum, seu collegialiter coacti, virtute facultatum quempiam ingredi faciant aut permittant, suffragium prestando, vel cum possint contradicere, non contradicendo, quia hoc est Conuentum delinquere.

⁴ Confirmatur, quia (sicuti recte docent Abb. in cap. dilectus 2. de simonia, numero 8. & Ananias ibid. numero 9.) quando Conuentus collegialiter coactus delinquit, puniri debent omnes consentientes, aut (sicuti contradicere tenebantur) non contradicentes; non tamen omnes de Conuentu, nisi forsan omnes de Conuentu consentiendo, vel non contradicendo culpæ participes fuerint.

⁵ Quamvis Rodrig. tom. 1. qq. Regul. questione 47. art. 3. satis probabiliter doceat, nomine Conuentus, etiam quando collegialiter congregatur in vnum, non venire omnes vtriusque sexus Religiosos, qui collegialiter coacti ingressum concesserunt, sed venire solum Maiores cum Prælato, argum. cap.

⁶ Romana, ad fin. de sent. excomm. in 6. vbi Pontifex prohibens excommunicari vniuersitatem, permittit excommunicari aliquos ex vniuersitate, in his verbis: *Sed in illos d. maxat de Collegio, vel vniuersitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgetur.* Vbi Gloss. verb. Culpabiles, ait: *Sicut Præ-*

⁷ *latus, vel Consules, & huiusmodi Maiores.* Item secundo, arg. cit. cap. dilectus, vbi cum totus Conuentus in simoniaca Monachi receptione deliquerit, soli Prælati, & officiales puniri iubentur: vbi Gloss. verb. Officialibus, querens, cur non totus Conuentus delinquens, sed hi soli puniantur, ait, *quia horum officialium consilio, & auctoritate omnia*

⁸ *fiunt.* Item tertio, argum. cap. veniens, de simonia, vbi in simili Conuentus delicto, iubentur quidem omnes Religiosi restituere pecuniam simoniace acceptam: at quoad poenas dicitur, *Abbatem, & maiores personas Monasterij pro tante prauitatis excessu, &c.* vbi Gloss. verb. Maiores, ait:

⁹ *Quorum consilio Abbas regitur:* ergo sic etiam in casu nostro dicendum videtur, quod scilicet Motus Gregorij XIII. puniens Conuentum virtute facultatum ingredi facientem, vel permittentem, explicandus sit, quod nomine Conuentus intelligat tantum Superiorem, & ipsius Consultores, seu præcipuos officiales, quorum consilio Superior gubernatur, non autem omnes de Conuentu, etiam omnes de Conuentu collegialiter, seu in vnum congregati consenserint.

¹⁰ At quidquid sit de hac opinione, quæ vt opposita, est satis probabilis, illud interim dicendum est, quod non puniantur Maiores cum Prælato (si ab isto cum consilio eorum ingressus est permissus,) quando non delinquit Conuentus: v. g. si non cogitur collegialiter in vnum Conuentus, sed priuatim cum quibusdam Religiosis tractat Prælati de hac ingressus permissione, non Maiores cum Prælato, sed Prælati solum contrahat excommunicationem, & poenas dicti Motus Gregorij XIII. quia de Prælati solum ibi Pontifex expressam men-

tionem facit; & sic easdem poenas non contrahunt etiam consultores, & alij, cum quibus ille tractauit, quia de his dictus Motus mentionem non facit, sed solum de Superioribus, & de Conuentibus: & tunc non est Conuentus, qui deliquit, quia non collegialiter, nec nomine Conuentus illi dederunt votum, vel consilium: ergo, &c. nisi dicas, eos etiam excommunicationem, & poenas dictas contrahere, non quatenus Conuentus, sed quatenus personas permittentes ingressum, casu quo eum impedire poterant, & tenebantur ex officio.

DVBITATIO LXIII.

An, & quid veniat in dicto Motu Gregorij XIII. per ly *facere, vel permittere ingredi virtute facultatum?*

S V M M A R I V M.

- 1 Per verbum *facere, vel permittere, in motu Gregorij XIII.* appositum venit quæcumque actio vel positio, vel negatio, vt iubendo, consulendo, aut ianuam aperiendo; vel negatio, vt non prohibendo.
- 2 Qui non impedit etiam si possit impedire, cum tamen ad hoc ex officio non teneatur, non contrahit dictas poenas.

Respondetur, venire quamcunque actionem, vel positionem (vt iubendo, consulendo, aut ianuam aperiendo, seu intromittendo) vel negatiuam (vt non prohibendo,) qua Prælati sunt causa talis ingressus, quia cum hi prohibere ex officio teneantur, & commodè possint, vt suppono, censentur non prohibendo indirecta causa huius ingressus; quapropter merito ipsorum permissio subditur dictis poenis Gregorij XIII. Non sic dicendum de eo, qui non impedit, etiam si possit impedire, si impedire non tenetur ex officio. Rodrig. tom. 1. q. 47. & Miranda de Monialib. q. 2. art. 12. concl. 3.

DVBITATIO LXIV.

An veniat in dicto Motu Gregorij XIII. per ly *quempiam facere, vel permittere ingredi virtute facultatum*, mas tantum, vel etiam femina?

S V M M A R I V M.

- 1 Nominem (quempiam) ex probabiliori sententia Doctorum venit non solum mas, sed etiam femina in dicto motu Gregorij.
- 2 Femina etiam comprehenditur in canone, si quis suadente diabolo.
- 3 Femininum comprehenditur sub masculino in legum dispositione, etiam in materia odiosa, & penali.
- 4 Dicitio (quemquam) cadit super personas in prece- dentibus expressas, in quibus etiam de feminis fit mentio in dicto motu.
- 5 Ingressus permissio etiam feminis prohibetur.
- 6 Motus Gregorij loquitur de ingressu in Monasteria tam virorum, quam mulierum.
- 7 Summus Pontifex quando in dicto motu voluit comprehendere sexum femininum, expressit, sed non

ex hoc sequitur, quod appellatione superiorum non veniant postea in dicto motu etiam femina; & cur.

DVBITATIO LXV.

An, & quis contrahat poenam excommunicationis Pontifici reservatam, & privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda in dicto Motu Gregorij XIII. impositam iis, qui ex facultate Episcopi, vel superiorum (quorum est illa concedere) absque necessitate ingrediuntur, & Monialibus, quæ eos aliter admittere præsumunt?

S V M M A R I V M.

1. Poena dicti motus Gregorij XIII. à quibusnam contrahitur.
2. Poena dicti motus non contrahitur ab ingredientibus absque illa superioris licentia; vel non innitendo illi; secus est cum licentia; quæ etiam sit ex causa urgenti concessa; si tempore ingressus cessavit causa.
3. Dispensatio cessat cessante omnino causa dispensationis.
4. Poena dicti motus non contrahitur ab eo, qui tempore licentia non habebat iustam causam ingressus; si iusta causa tempore ingressus supervenit.
5. Motus prædictus Gregorij XIII. parum curat in his penis valorem licentia; sed solum plectit his penis eum, qui ingreditur absque causa necessitatis vivente licentia dictorum superiorum.
6. Ingredients modo prædicto contrahit secundum probabiliorum opinionem saltem excommunicationem Tridentinam non reservatam.
7. Concilium Tridentinum ad licitum ingressum præter causam necessariam requirit etiam licentiam.
8. Moniales præsumentes admittere in sua Monasteria ingredientes prædictos respectu facultatum contrahunt easdem penas.
9. Prælati siue saculares, siue Regulares dantes prædictam licentiam sine iusta causa, vel postea admitcentes non contrahunt easdem penas.

Respondetur, & dico primò, has penas contrahunt omnes, & quæcumque personæ, siue Ecclesiasticæ, siue sæculares, cuiuscumque ordinis, quæ prætextu licentiarum concessarum ab Episcopis, vel legitimis superioribus, (qui ex solis causis necessitatis eam concedere possunt) Monasteria Monialium extra casum necessitatis ingrediuntur. Patet ex contextu.

Hinc eas non contrahunt, quando ingrediuntur absque illa superioris licentia; vel non innitendo illi, iuxta ea, quæ dicebam dub. 8. contrahunt tamen eas (licet licentia sit ex causa urgenti concessa) si tempore ingressus cessavit causa; quia dictus Motus Gregorij XIII. his penis subicit ingredientes ex licentia; quando is absque causa urgenti ingreditur; & non dicit, quando nulla fuit causa concessionis ingressus: at reuera hic absque causa ingreditur, cum illa tempore ingressus iam cessavit; tum quia cessante omnino causa dispensationis, cessat dispensatio, quia in cap. periculofo, de statu Regular. dicitur:

Z z Nijß

1. Respondetur, ex probabiliori sententia Doctorum, venire etiam feminam; quia in Canon. si quis suadente diabolo, venit etiam femina; ergo sic & in casu nostro. Et ratio ulterius est, quia
2. contra Decium in loco infra citando, & Salas de legib. disp. 21. sect. 3. vers. 12. in legum dispositione, etiam in materia odiosa, & penali, sub masculino comprehenditur femininum. Doctores, quos citat (et si non sequatur) Decius regul. famina, numero 110. ff. de reg. iur. & Doctores, quos refert, & sequitur Tiraquell. de retractu lignagier, §. 1. gloss. 6. numero 121. & Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. numero 61. & sequentib. Ergo multò magis in casu nostro, cum in casu nostro materia non sit totaliter odiosa, utpotè tendens ad vitanda peccata, & concernens salutem animarum; sic Archidiaconus in cap. periculofo, de statu Regular. in 6. numero 1. Ioan. Andri. ibid. numero 2. Ancharan. numero 2. notab. 3. Dominic. numero 7. Francus numero 4. notab. 6. & alij. Vide tamen Rodrig. tom. 1. qq. Regular. quest. 47. art. 3. in fin. & quæ dicuntur infra dub. 76.
4. Confirmatur, quia ly quemquam cadit super personas in præcedentibus expressas: at in præcedentibus sermo erat non solum de viris, sed etiam de feminis in Monasteria Monialium ingredientibus; ergo, &c.
5. Confirmatur secundò, quia dictus Motus prohibet ingredi, etiam feminam: ergo signum est, quod prohibeat permissionem ingressus, etiam feminæ.
6. Confirmatur tertio, quia idem Motus loquitur de ingressu in Monasteria tam virorum, quam mulierum (prohibet etiam tam Abbatissis, quam Abbatibus, ne in Monasteria sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum ingredi faciant, vel permittant.) At multò indecentior est ingressus mulierum in Monasteria virorum, quam ingressus virorum in Monasteria mulierum (cum hic sapissime sit necessarius, ille verò, vix aut nunquam:) ergo, &c.
7. Obiicies, Motus Gregorij XIII. volens comprehendere superiores utriusque sexus, id expressit his verbis: Abbatissis vero, necnon Abbatibus, Conventibus, ac aliis Monasteriorum utriusque sexus Superioribus. Nec satis censuit dicere, Superioribus (quæ vox est generis masculini) sed addidit, utriusque sexus, non obstante, quod præmiserit ly Abbatissis, necnon Abbatibus: ergo cum postea loquens de personis, solo genere masculino usus sit, ibi: Ne in Monasteria sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum ingredi faciant, vel permittant, signum est, quod feminam non comprehendat.

Respondetur, nego consequentiam, quia id, quod fecit Pontifex, loquendo de Superioribus, sic expressè fecit ad maiorem cautelam, quod inde patet, quia bis expressit, cum exprimi satis, superque sufficisset semel.